



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXX. Anordnung des Rathes zu Brietzen wegen Ansetzung eines Färbers,
vom 7. Sept. 1351.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

XXVIII. Bestätigung der Markgrafen Ludwig d. A. und Ludwig des Römers für die Stadt Briesen über die Zollfreiheit, vom 18. Sept. 1350.

Wiszen sylen alle dy en seyen dissen keigenwordigen briff, das wir lodewich vnd Lode-
wich Romer, van gotis gnaden Marggrauen zu Brandenb. und zu lutz des heiligen Rom. Rics erz-
kemmerer Palanzgrese des Rynes und herzoge zu beiern, Seyn an und bedenken die stetikeit der
trewe der wifen radmann vnd der gantzen Meynheit unfer Stad zur Brizen, unfern lyven getrewen
burgern, dy vnz ire trewn mit swaren arbeite vnd koste mannichvalt buwifet habin vnd lavelich haben
vullenbracht vnd getrewe in vor Jaren in yrme gescefte haben bewifet auch ires burgercaph in der-
selben unfer Stad vorfichtigliken haben gebuket durch ire stetikeit vnfers gebodes, vnd van gnaden
gebn wir ledich vnd fry alle kouffenschatz vnd alle ire Dinge oder Plege, wu man di nume, des zol
ader geleide Orbeide Ungelt adir ander Plegelike gabe, der wir en fry geben van funderliker gunst
wegen: hierumme so gebite wir alle vnfern vogeten houptluten vnd richteren, colnern vnd allen unfern
ambachtluten, das sy den egenanten getrewen Burgern vnfer Stad zur Brizen gunnen vnd darby be-
halten, So en vnze gnade vnd gunst hat bestetiget. Des tu eyner sekerkeit, so habn wir dessen briff
gegeben buwarett met vnfern Ingefegel zu Wistock vffen flosse nach gots gebort drytzenhundert
jar ymme sunnfzeichften jare, am sunthage vor senthe Mathes tach.

XXIX. Markgraf Ludwig der Aeltere befehlt den Städten Briesen, Beelitz und Mittenwalde
seinem Bruder Ludwig dem Römer zu huldigen, am 16. Nov. 1350.

Ludovicus, dei gratia Brandenburg. et Lufatie Marchio, Sacri Romani imperii Ar-
chicamerarius, Comes Palatinus Reni, Bavarie et Karinthie dux, Tyrolis et Goritie Comes nec non
Aquilegiensis Tridentinensis et Brixensis Ecclesiarum Advocatus, Prudentibus viris Consulibus et Vni-
versitatibus Civitatum Bryzen, Beliz et Mittenwald, fidelibus suis, gratiam et omne bonum. Vt
illustri principi Domino Ludovico Romano fratri nostro carissimo fidelitatis homagium, cum per
ipsum requisiti fueritis, presentialiter faciatis sub juramentis solemnibus, ut est moris, volumus, id ipsum
feriosissime vobis committimus et mandamus, qualibet conditione quiescente, volentes ut strenuo militi
Nicolao Valcken credatis firmiter tanquam nobis quidcunque vobis de hac materia nostri nomine
duxerit referendum. Datum Vranckenvord Anno Dni. millesimo tricentesimo quinquagesimo, feria
secunda ante Elisabeth, nostro sub sigillo appposito in testimonium premissorum.

XXX. Anordnung des Rathes zu Briesen wegen Ansetzung eines Färbers, vom 7. Sept. 1351.

In Dei nomine Amen. Vniverfis ac singulis tam presentibus quam posteris, quorum notitie
presens scriptum ostensum fuerit et oblatum, nos Consules civitatis Bricene notum fore volumus —

Quatenus, assistente et accedente unanimi univerforum civium consilio voluntate et consensu, super subsequente articulo plenarie concordavimus cum ipsis seu contraximus ut in toto, scilicet super quocunque coloratore et ubicunque et de quacunque regione aut patria hic fuerit, nimirum pannicide nec non pannifices inducendo seu distrahendo concordet et contentanei coeffecti fuerint, Dummodo hic Colorator, quem sibi attrahunt et inducunt, probus ac ydoneus nec infamis fuerit quoquomodo noster etiam concivis fore cupiens atque volens. Hunc coloratorem volumus et debemus in omni jure et in omni necessitate sibi imminenti defendere et gubernare nec non proplacitare, alios sicut concives nostros, quibus angaria opportunitatis si incumberet vel instaret. Vt autem hec premissa sine calumpnia permanfura valeant et persistant, ipsum presens scriptum nostrorum civium consilio prout super id cohabito nostre civitatis sigilli sigillari fecimus cum pice communiri. Testes sunt Johannes Caesar, Bernhard Rodeke, Nicol Olcappen, Wilhelmus Lamborch, Georgius de sehufen, Nicol. de Ritz pro tunc consules et quam plurimi alii ad hoc vocati credibiles prout fide digni. Datum et Actum super consultorio in Bricen, Anno Dominice incarnationis Anno CCCLI in vigilia nativitatís Domine nostre nec non virginis ineffabiliter venerande.

XXXI. Der Hauptmann Nicolaus Falcke bestätigt Namens des Landesherrn der Elendensifftung in Briezen eine Schenkung, am 1. Juni 1352.

In nomine Domini Amen. — ego Nicolaus falcko miles, magnifici principis ac preclari domini, domini Ludowici Romani Marchionis Brandenburg. in Briezen capitaneus, notum fieri cupio univerfis tam presentibus quam futuris, quorum audiencie presens scriptum deferetur, publice profitendo, quod ex mandato, consensu, jussu et commisso domini mei pretacti Marchionis Brandenburgensis donacionem quindecim denariorum usualium in Civitate Brizzen in censu annuali iacencium super quinque domus ibidem, quarum tres site sunt prope catheractam, que vulgo cynglus nuncupatur, alie due ex altera parte dotis versus valvam, quorum proprietates denariorum ad ipsum spectat, per Ottonem Jacobi pie reminiscencie, ibidem quondam civem, Kalendis exulum in honorem dei omnipotentis inibi factam, presencium tenore ratifico parte dicti domini mei prout possum et confirmo; dictos quindecim denarios yconomis tactarum exulum Kalendarum proprietatis jure conferens ipsisque Kalendis eosdem denarios perpetuo anectens, nullo jure domino meo predicto Marchioni Brandenburgensi in eisdem denariis nec suis heredibus amplius penitus reservato. Et ut hec prenomina omnia stabilitatem et robur perpetue recipiant firmitatis, presens hec littera super hec est tradita et presentis mei sigilli munimine communita. His presentibus testibus subnominatis videlicet Thid. Selftrank, Jenekino de tzentitz, fritzcone de Wefenick, strenuis famulis et consulibus in Brizzen legalibus viris ac honestis nec non aliis quam pluribus in omnibus fide dignis. Datum anno domini Millefimo trecentesimo Lij, feria quinta proxima ante festum penthecostis.